



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec- || catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXXVII. Si Superior adsit, & non fuerit tutum illi confiteri, nec copiam  
absolue[n]di velit facere inferiori, quomodo sibi consulere poenitens  
debeat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



### Caput III. De Qualitate

verò magnum aliquod oborturū esset scandalum, poterit suo Parocho confiteri tam reseruata, quàm alia, & eius consilio vtī, promittēs se velle postea à Superiori Absolutionem petere; & sic cōmunionis particeps fieri poterit.

*Quaestio* *Si Superior adsit, & non fuerit tutum*  
*XXXVII. illi confiteri, nec copiam absoluendi velit*  
*facere Inferiori; quomodò sibi con-*  
*sulet pœnitens?*

*Respōsio.* **Q**uotiescūq; eiusmodi occurrit perplexitas, vt licitum sit, nō confiteri Superiori, tametsi inferiori nolit cōcedere facultatem absoluendi, poterit Eucharistiæ particeps fieri, haud secus, quàm si absolutus esset; Quia in tali casu censendus est non habere copiam Confessionarij: Caueat tamen pœnitens, ne friuolam non confitendi causam pro legitima habeat.

*Quaestio* *Potestne Sacerdos cōfitens, ne sigillum*  
*XXXVIII. Confessionis alterius reuelet, peccatum*  
*aliquod in Confessione sua*  
*propria reticere?*

*Respōsio.* **N**ON modò potest, verumetiam necessitas ei incumbit, ne sua Confessione alterius Confessionis sigillum reuelet. Verbi gratia,